











B, f. 8.

1. De fideiis Impri. eontra origines atq; modicem  
jus primis fratribus Regibus illustrans
2. De delinquenti Universitate ejusq; paucis
3. De Avaratione per fiducia Equestrium
4. De landasfies, Schmiffasfies et bmfassig
5. De Instrumento a procuracione vulgo Polz.
6. De prescriptione inter Gentes Liberaq;
7. Paraciona huius maxime publici
8. De electione et successione in regnis
9. De Paetis liberorum Gentium
10. De matrimonio Principum per procuratores
11. De hure Oppignorah Territorii
12. De hure quod sibi Galliarum rex in  
Lotharingiam postulauit, uisparavitq;

3.

FI

II

IA

E

**PROGRAMMA**  
A  
**DN. DECANO**  
**LECTIONIBVS PRÆMISSVM.**

**ORDINIS IN ACADEMIA JULIA  
JVRIDICI**

**DECANVS**

**JOHANNES WERLHOFIVS**

Profess. Codic. Ordinisque Ejusd. Senior,

SALVTARIVM PVBLICO SCIENTIARVM ET CVM-  
PRIMIS JVRIVM STVDIOSIS CVLTORIBVS

*S. P. D.*

 Um vix quidquam Nobis, saluberri-  
mam Juris & Äqui artem publice pro-  
fitentibus, suavius accidat aut jucundius,  
quam in erectionis ingenii & insignioris  
industriæ juvenibus optimis frugifera disciplinæ no-  
stræ semina & surculos fertiliter efflorescere, eo ma-  
jori, puriorique in præsentia voluptate perfundimur,  
quando ad maturas jam, copiosasque fruges institu-  
tionis nostræ felici cultu perducti Jurium Candidati  
exemplum eximum publico vestro, in præclaris stu-  
dii Commilitones, conspectui exhibere licet. No-  
tus

tus is Vobis omnibus, non licentioris vitæ, non  
transacti per ignobile otium temporis, sed virtutis,  
sed diligentiae, in privatis, publicisque scholis, in  
eruditis disputationibus ac congressibus, commi-  
litio, MARTINUS LUCAS SCHELIUS, Inferio-  
ris nostræ Saxoniæ emporio longe celeberrimo  
*Hamburgo*, plurimum apud nos per aliquot annos  
proximos meliorum civium dulcissima patria,  
oriundus, jam abunde nostro exploratus tentamine,  
& rigidius adhuc proxime subiturus examen, ex per-  
missu & auctoritate Ordinis nostri, habendis prius,  
more Majorum, lectionibus, obtinenda propediem  
summos in utroque Jure honores facultati prælu-  
det. Quandoquidem ita Majores nostri existima-  
vere, ita horum, & nos vestigiis inhærentes, quid-  
quid rebus propria sua indeole omnino eximiis, &  
sinceræ illarum per le æstimationi, temporum, ho-  
minumque virtia, &, secundum ista, opinio, sensim  
sequius adfricuerint, arbitramur, mactandum in Ju-  
re nostro honoribus, nisi eos qui mereatur, nem-  
inem, veræ, non fucatæ, illis doctrinæ premiis ac  
documentis; optimoque exinde instituto eos de-  
mum Candidatos admittimus, quos vel publico  
jam tum munere, aut fori usu, probatos constat, vel

a 2

sine

sine præside disputatio, aut lectionum denique pa-  
lam omnibus, quibus volupe, audientibus, non tam  
longum, quam bonum exercitium ad majora aptos  
ostendunt. Facietis ergo, *Fautores Jurium, Cul-*  
*tatoresque optimi, ornatisimi, rem & ordini nostro*  
*universo gratam, & Cl<sup>mo</sup> Candidato longe omnium*  
*gratissimam, si ad Lectiones Ejus de nobilioribus*  
*actionibus realibus, materia, cum quotidie istis fo-*  
*rum perstrepant, utili procul dubio ac fructuosa, in*  
*meis (DECANI) adibus, Jovis die, hora decima*  
*matutina, auspicandas, frequenti ac copioso nu-*  
*mero confluentes, benevolum erga Eundem ani-*  
*mum, luculento isthoc indicio publice contestabi-*  
*mini; juvabitque, ut s<sup>e</sup>penumero vis præsentior*  
*ac vividior in exemplis, quam in præceptis est, no-*  
*bili alienæ virtutis specimine ad egregios quosque*  
*conatus proprios, & de rectis studiis, eorumque pro-*  
*fectibus, præclara certamina, honestissimo ardore*  
*accendi. P. P. in Acad. Jul. XI. Septembr.*  
*A. C. DCCVII.*

01 A 6632

ULB Halle  
004 119 38X

3







# PROGRAMMA

A  
DN. DECANO  
LECTIONIBVS PRÆMISSVM.